

Heinrich Rahn Hermann Cothmann


## **Disputatio Iuridica De Cottidiano, Utilissimo Ac Nobilissimo Emptionis Et Venditionis Contractu**

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn76661817X>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.  
      
Z 16.7X

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

42.18



DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
COTTIDIANO,  
UTILISSIMO AC NO-  
BILISSIMO EMPTIONIS  
ET VENDITIONIS  
CONTRACTU

*Quam*

DEO ter: opt. max. feliciter prosperante

SUB PRÆSIDIO

*Viri Amplissimi, Clarissimi & Consultissimi*

Dn. HENRICI RASNERI J. U. D.

Et in hac illustri Rosarum Academia Professoris

P. Celeberrimi, Affinis, Præceptoris & Fautoris

fui summo animi cultu prosequendi

*publicè*

In palæstra juridica trutinandam &  
ventilandam exponit

HERMANNUS COTHMAN

Lemgoviâ - Westphalus

Aut. & Resp.

*In Auditorio majori horis matutinis consuetis*

*ad diem 17. Aprilis.*

•S(O)•

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typog.

Anno M, DC. LII.

V I R O

Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo

DN. JOHANNI COTHMANNO, JCTO  
Celeberrimo, Sacri Rom. Imp. Comiti Palatino dignissimo, Celsissimi  
Principis Gustavo Megapolitani Cancellario & Consiliario provincia-  
li eminentissimo, gravissimo, hæreditario in Dintzenhagen

UT ET

Nobilissimo, Excellentissimo, Clarissimo & Consultissimo Viro

DN. FRIDERICO COTHMANNO, JCTO celeberrimo.

DNN. Agnatis, Patronis, FAVORIBUS ac PROMOTORIBUS suis etatem  
degeneratione indefessa, quã par est, suscipendis, colendis

S. P. P. D.

**R**omanum illud Romanæ eloquentiæ lumen Cicero, Vir Magnifice, ut &  
Excellentissime, Agnati nunquam non satù honorandi, lib. 1. off. scribens  
in hac verba erumpit: Si in eos, quos speramus nobis aliquando profuturos,  
non dubitamus aliquid conferre officij: Certe multò magis conferre in eos debemus,  
qui jam profuerunt, beneficiæq; in nos contulerunt varia. Dicitum hoc accuratius  
ad Sacoma appendens, & iustiore, quod ajunt, trutinâ examinans, non possum  
non, quin vobis gratias impresentiarum habeam quam maximas. Nam usq;  
dum in almâ Rosarum Academiâ commoror, fateri revera cogor, nil eorum à  
M. V. ut & E. V. quæ ad commodum meï, promotionemq; meorum studiorum con-  
ducere ac prodesse visa sunt, prætermissum esse, incredibili enim quadam humani-  
tate, maximisq; beneficiis veluti sarcinâ me obruistis, non affectis, sed cumulatis,  
non cumulatis, sed beneficiis obruistis innumeris, ut etiam sigillatim illa in me cole-  
latâ prosequi & delineare si vellem, pagella hæc non sufficeret; Digna autem cum  
sint, imò dignissima, dignis ut extollantur laudibus, atq; à me pro dignitate dilau-  
dari, præconijsq; condecorari convenientibus haud possint, imitaturus pictorem  
istum celeberrimum Timanthen (qui celebratur, quod in ejus tabula plus semper  
intellectum, quam pictum) quodq; exprimere calamo nequeo, id subintelligi sum-  
mopere rogo. Etsi quoq; gratia vobis tanta referri à me non possit, quanta de-  
betur, habere tamen tantam volo, quantum potuero, ffretus illo usu tristissimo; Ut  
desint vires tamen est laudanda voluntas. Cum itaq; per biennium & quod excu-  
rit Themidi sacratissima operam navem, utiq; laboris exantlati specimen aliquod  
edere teneor, Hoc mihi facturo & sanguinis necessitudine & animi ad quæq;  
obligatione arctissimâ, omni consultatione posthabita, hæc meas messis Acade-  
micæ primitias, M. V. ut & E. V. dicare, consecrare sariò est impostum, idq; præ-  
sertim ea de causa, ut gratitudinis quandam erga vos imaginem, majori impar-  
saltem adumbrarem, Viri igitur Excellentissimi, Consultissimi, Agnati aditer-  
num colendi hocce studiorum meorum fructus læsidentes hilari ac benevolâ accipite  
fronte, redhostimentumq; præsens qualecunq;, animi officiositatis ac gratitudinis  
studiosi signum aequi boniq; consulite, ulterioriq; vestrâ favore me prosequimini  
etiam atq; etiam expeto, Tandem hisce vos diu valere optans me meaq; studia V. M.  
ut & E. V. quicquid commendo, Dabam Rostochyæ Museo meo 17, Aprilis Anno 1652.

V. M. ut & V. E.

Observantissimus

Herman Cothman, Aut & Resp.





## THESIS PRIMA.



Nter contractus (qui consensuales dici solent,) haud ultimum sibi locum vendicat Emptio venditio, quâ res inter homines maxime communicantur eoque contractu in commerciis humanis (teste Wesenb. *in parat. n. 1. de contrab. empt.*) nihil frequentius, atque æquabilius est, & præ cæteris instar gemmæ propter quotidianum usum & exercitium eminet; ideoque præ reliquis eum in subsequentibus thesibus laconicè pro virum modulo delineandum elegimus. Ut autem id eo felicius procedat, sit invocata ante omnia divini Numinis assistentia!

II. Priusquam verò Emptionem venditionem definiamus, ejus originem præmittere, operæ precium fore nobis persuasum habemus. Originem itaq; contractus hujus, ad vitæ communis usum maxime necessarii, æquâ animi lance perpendentes, à permutationibus rerum cœpisse *l. 1. ff. de contrab. empt.* planè ac plene probat. Distinctis enim jure gentium dominiis *l. 5. ff. de i. & i.* Secutum factumve, ut quisque quod suum, ad alium transferre, vel etiam ipse retinere posset, in eoq; arbiter & moderator esset, juxta celebrem ac vulgatum textum *in l. in re mandata 21. C. mandati.* Sicut & lux ac dux oratorum Cicero scripsit, in oratione *pro Balbo*, fundamentum libertatis & fontem æquiratis esse, unumquemq; rei suæ retinendæ vel dimittendæ jus habere. Unde Pomponius non minus rectè quam verè dixit: Id quod nostrum, sine facto nostro & nobis invitis ad alios transferri non potest *l. 11. ff. de R. J.* interdum autem Domino res sua auferri potest invito, ut ob delictum *l. 7. C. unde vi.* atque causas alias.

Origo.

III. Cum verò Societas humana sine mutua rerum communicatione consistere minimè valeret, modus quidam communi omnium, hominum suffragio inveniendus videbatur, quo id quod meum erat & tu quoque indigebas, tuum fieri posset, & per hunc commodè retineretur communicatio rerum, qui alioquin facile turbatura publicam pacem & societatem hominum; cœpta est, attestante philosophorum unico phœnice Aristotele *1. polit. 9.* ab initio permutatio, quâ unusquisq;

A

secun-

secundum necessitatem temporum & rerum utilibus inutilia permu-  
tabat, quando plerumque evenit, ut quod alteri superest, alteri desit, ut  
Jctus Paulus in l. 1. ff. de contrah. empt. concinnè loquitur, quam per-  
mutationem & Germanis olim admodum peculiarem fuisse Cornelius  
Facitus, ut & Plinius scribunt. Vid. Myns. in præf. n. 3. §. de Empt. vendit.

IV. Sed quia (ut pergit Jctus in d. l.) non semper ac facile concur-  
rebat, ut cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem habe-  
rem, quod tu accipere velles, consensu & pacto communi veluti in-  
stitutus est nummus, quo difficultatibus permutationum subveniretur,  
quod valde illustrat disputatio summi Philosophi lib. 5. Ethicor. c. 8. ubi  
probat in societate civili non posse fieri permutationem seu commuta-  
tionem rerum, nisi prius redigantur ad æqualem proportionem. Quis  
enim pro ove det bovem, pro gallina equum? Non posse autem pro-  
portionem fieri æqualem ex substantiis rerum, nisi æstimentur aliquo  
medio comparabili, quod vice sit rerum possitque augeri ac minui; ut  
est nummus. Ideo autem (inquit) omnia quæ permulantur, debent  
inter se aliquo modo comparabilia esse. Ut autem hoc fieri queat, sicut  
antea dictum, inventus est nummus, ut quasi medium sit, cuncta enim  
metitur: & quorum pretium minus sit, judicat. Et paulò inferius ab  
eodem vocatur nummus sponsor in casum futuræ indigentia: nam-  
dum tu à me pro vestibus accipis nummum, ille tibi quasi spondet, te,  
cum indigueris & volueris, pro eo ab alio posse frumentum vel aliud  
quid accipere, videatur Bach. in not. ad VVes. n. 3. de contrah. empt.

V. Hic observandum nec silentij nube involvendum necessario pu-  
ramus, quod nummi sive pecunia: usus in Emptione Venditione eam  
ob causam commodior ac accommodatior: quia omnes species rerum  
unam tantum habent æstimationem ex substantia sua. Verum pecunia  
varias habet æstimationes per gradus minutissimos, non tam respecta  
substantia metalli, quam publicâ autoritate, quæ certam monetæ quan-  
tatem determinat, eamq; sic dividit, ut faciliter omnium reliquarum  
rerum æstimationem pecuniâ possis æquare Oldendorp. clas. 4. act. 3.

Ho- VI. Adductâ ac probatâ Emptionis venditionis origine, proce-  
mony dendum ad ejus homonymiam, à quâ liberetur necesse est, ne decipulis  
mia & fallacijs ex vocabuli significatione ambiguâ latebræ quærantur. No-  
contra tetur itaq; Emptionis venditionis vocabula latissimè patere & ex l. 12.  
ctus. tab: omnem alienationem in se comprehendere l. statuliberum 29. in fin.  
ff. de

*ff. de statulib. l. sicut 8. §. venditionis n. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. solv. Wel. in proem. h. t. & in parat. eod. Jctus celeberr. Ernest. Cothman. conf. 40. n. 21. puta: quia omnis alienatio & mutatio familiae per emptionem, quæ tamen ferè erat imaginaria tantum celebrabatur, h. e. nexu per æs & libram Treutl. hic th. i. lit. B. ex Ulp. fragm. tit. 19. Non relata autem ad l. 12. tab. secus, & quod tum nomine venditionis non contineatur omnis alienatio, satis vis nominis arguit; aliud enim Emptio, aliud permutatio l. 1. ff. de contrah. empt. & quia venditioni vox alienationis opponitur in l. ult. C. de pact. inter empt. & vendit.*

VII. Notatu dignum, quod & veteres hisce vocibus emptionis venditionis promiscuè usi fuerint, quod videre est ex l. veteres 19. ff. de act. empt. l. un. C. si servus ext. se emi mand. l. qui fundum. 7. §. qui bona 4. ff. pro empt. l. si in emptione 34. ff. de contrah. empt. quod tamen non intelligatur, quasi unum sit alterum, & uno pro altero utamur, sed quod uno utamur pro utroq; seu uno ad utrumq; intelligendum, idq; non ex verborum significatione, sed rerum ipsarum & factorum necessaria conjunctione & relatorum natura, sunt enim Emptio venditio relata, quorum alterum sine altero esse non potest. Sic actio empti vel ex empto, actio venditi vel ex vendito, quæ aliàs ex empto vendito integrè appellatur l. 19. ff. de hered. vel action. vend. per Ellipsin totam denotat actionem. Ut autem certo constare possit, quod hæc duo sint distincta, aliud emere, aliud vendere, aliud emptio, aliud venditio, inspiciantur, l. 1. §. 1. ff. de contrah. empt. & l. 1. pr. ff. de rer. permut.

Vocabulo-  
rum pro  
mi-  
scuè  
acce-  
ptio.

VIII. Tantum de origine & æquivocatione hujus contractus hac vice dixisse sufficiat. Notum autem cujuslibet operis initium rectè ac commodè à definitione sumi, qua de causa sine circuitu, non conterendo tempus longius in multiloquio, quod prudentissimos stomachari solet, Aretin. conf. n. in pr. Hieron. Giachar. conf. de Syndicat. n. 1. ad Defini- ipsam descendimus hujus contractus definitionem, quarum variæ actio, multæ apud Dd. leguntur, nobis autem hæc arridet: Emptio venditio est contractus l. 3. de contrah. empt. vid. paul. lib. 2. tit. 17. juris gentium l. 1. §. 2. d. l. 1. juris gentium 7. ff. de pact. l. 5. ff. de i. & i. §. 2. J. de J. N. G. & C. Gen. c. 23. v. 15. 16. 17. c. 25. v. 31. bonæ fidei l. 1. & 3. h. t. §. 28. J. de action. solo consensu initus §. un. J. de obligat. ex cons. l. 2. ff. de O. & A. de aliqua emptiori tradenda, idq; pro certo pretio venditori in nummis ab eo dando l. 2. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 3. ff. de O. & A.

Per- IX. Posteaquam hominum causa jus constitutum §. ult. *J. de J. N.*  
næ, *G. & C. l. 2. ff. de stat. hom.* & omnes fructus rerum natura hominum  
quæ gratiâ comparavit, ut videre licet ex *l. in pecudum 28. §. 1. in fin. ff. de usur.*  
con- ideo primo loco personæ inrer quas emptio venditio celebrari possit  
tractū considerandæ se offerunt, regulariter autem inter eas, inter quas non  
hunc prohibetur. Prohibetur autem inter patrem & filium, peculio castrensi  
cele- & quasi castrensi tamen excepto *l. 2. ff. de contrah. empt.* & de hoc Bart.  
brare & D.D. in *l. frater à fratre 38. ff. de condict. indeb.* Inter Tutorem & pu-  
posuēt pillum *l. 34. §. ult. ff. de contrah. empt.*

vel X. Quod dictum jam de Tutore & pupillo; idem dici  
non. potest de Curatore & adulto, imò de quolibet alio administratore  
publico & privato, ut nimirum non emere res, quarum illi administra-  
tio est, queat, quod luce meridianâ clarius patescit ex *l. allegl. 34. §. fin. ff.*  
*de contrah. empt. junct. l. non licet 46. ff. eod.* secus si fecerit, non solum  
rem amittit, verum & in quadruplum convenitur, quod fisco adjicitur  
*d. l. 46.* Item Furiosus propter consensus defectum hunc contractum  
celebrare prohibetur, uti & nec aliud negotium contrahere potest *l. 5. ff.*  
*de R. J. nisi tempore dilucidi intervalli l. 2. C. de contrah. empt.* nec pro-  
digo, cui bonis interdictum est, emptionem contrahere indultum *l. 6. ff.*  
*de V. O. l. 10. ff. de Curat. furios.*

Sub- XI. Progredimur ad contractus hujus substantiam, de qua tria ad  
stantia illum requiruntur, quæ partes seu essentialia à Dd. communiter nuncu-  
hujus pantur. Bachovius in *not. ad VVes. de contrah. empt. n. 4.* unum substan-  
con- stiale hujus contractus facit, nempe consensum, hujusq; objectum, rem  
tra- & pretium, ex hac ratione, quia non concurrant æqualiter ad constitu-  
ctus. tionem, verum nos rejecta hac opinione, communem D.D. sententiam  
rationibusq; magis fulcitam sequimur, triaq; hujus contractus essentia-  
lia constituimus, videlicet consensum contrahentium *l. 9. pr. ff. de con-*  
*trah. empt. l. 2. C. eod.* Rem quæ venditur *l. 8. ff. d. t. & pretium l. 2. §. 1.*  
*l. 19. ff. eod.* sine quibus emptio non magis esse potest, quam homo sine  
anima & corpore Myns. *ad §. pretium n. 1. J. h. t.*

Con- XII. Perficitur hic contractus solo consensu *pr. J. de Empt. vend.*  
sensus. quod ita explicetur, quia neq; scriptura ut in literarum obligatione (nisi  
aliter contrahentes pacti) neq; præsentia ut in stipulatione omnino opus  
est, ac in primis nec dari quicquam (non enim quatenus datum vel tradi-  
tum quid est hic nascitur obligatio, ut fit in obligationibus quæ re con-  
trahuntur

trahuntur *l. si tibi decem 17. ff. de pact.* Sed quatenus consensus est in-  
dandum vel tradendum ) necessum est, ut substantiam capiat obligatio:  
verum eos, qui negotia gerunt, consentire sufficit *pr. 3. de obligat. ex  
cons.* Unde recte inter absentes, organo medio tamen interveniente,  
epistola scilicet, vel nuncio ad hoc specialiter destinato *d. l. consensu &  
d. l. 1. in fin. junct. glos. de contrah. empt.* quin imo solo nutu etiam à mu-  
tis & surdis fieri potest *l. 4. §. secundum 1. de pact. l. 48. l. 52. §. ult. de O.  
& A.* Insuper quod nec à loquentibus requirantur verba, tradit Fabr.  
hic, idq; exemplo probat, quod illi qui apportant piper de terris orienta-  
libus: quia nec intelligunt nec intelliguntur, nutu & signis ( ut dictum )  
vendere possint, si non habeant interpretes.

XIII Consensus in hoc contractu quoniam certus & liber requiri-  
tur, sequitur quod non magis adverteatur illi quam error sive dissensus &  
vis *per l. 116. ff. de R. 3. Wes. in par. h. t. n. 15.* quomodo autem per illa  
vitietur videbimus: Error si vel est in ipso corpore *l. 9. cum seqq. ff. de  
contrah. empt. l. 83. l. 137. ff. de V. O.* Vel in tota materia *d. l. 9. §. ult. l. 41.  
§. 1. ff. de contrah. empt.* Contractum hunc vitat. vid. Amplif. Schnobel.  
*in colleg. 11. disp. 11. th. 9.* Sin autem tantum in parte materiae, non est im-  
pedimento *l. 14. ff. h. l.* ita tamen ut pretium officio judicis minuatur, &  
à venditore praestetur id, cujus emptoris interest, *l. 17. ff. h. t. l. si sterilis 21.  
§. 2. ff. de act. empt.* nec si in nuda qualitate erratum *l. 10. l. 11. ff. de contrah.  
empt.* Venditor at tamen itidem tenetur, quanti intest, deceptum non  
esse *d. l. 21. §. 2. de act. empt.*

XIV. Postquam quomodo contractus hic per errorem infirmerur  
vel non vidimus, quo pacto per vim id contingat videndum, dictum  
autem in *pr. præced. thes.* quod consensus debeat esse liber *per l. 11. l. 13.  
l. 14. C. de contrah. empt.* quæ libertas emendi vel vendendi nunnun-  
quam tamen restringitur, hoc ut clarum fiat, sequentes duæ quæstiones  
observandæ. *Q. 1.* an quis invitus cogi possit rem suam vendere? quod  
Neg. & ne quidem à principe, quia in potestate alterius esse non debet,  
quasi per rapinam ab invito domino rem justo precio comparare *l. 70.  
ff. de R. V. l. 11. de R. 3. l. dudum 14. C. de contrah. empt. l. nemo C. de Judicis  
l. non enim 9. ff. rer. amor. Bronch. cent. 2. assert. 63.* certis tamen casi-  
bus compelli quis potest, ut testamento jussus *l. 49. §. pen. l. 66. de  
legat. 1. vel ratione communionis à socio l. 13. §. pen. l. 66. de  
legat. 1. l. 13. §. 17. ff. de act. empt.* vel si Respublica aut civi

tas inopiã annonæ laboret, propter summam Reipublicæ utilitatem, mercatores cogi possunt à magistratu ad vendendas res victui necessarias l. 1. C. de episcop. audient. l. 1. §. cura carnis n. ff. de off. præf. urb. Mynf. cent. 5. obs. 27. vel dominus servos suos propter nimiam in eos sævitiam §. 2. J. de his qui sui vel alien. jur. Gothof. ad l. ii. C. h. t. Socin in reg. 1435. tract. qui tamen casus & similes, ut justo pretio res distrahatur, intelligendi l. fin. C. de annon. arg. l. 12. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 2. C. quib. caus. serv. propram. d. §. 2. J. de his qui sui vel alien. jur. l. 13. §. 1. ff. comm. prad. Gail. 2. obs. 56. Bronch. 2. aff. 63. Mynf. cent. 5. obs. 97.

XV. Altera quæstio, an quis invitus cogi possit ad emendum? quod itidem Neg. vii. ne emere 16. C. de jur. delib. hoc tamen non perpetuum, sed suas ut prior habet limitationes, non enim procedit in hæredem à testatore gravato, ut emeret fundum. legatarij l. 66. ff. de legat. 1. ratio quia voluntas & provisiio testatoris vim legis habet Nov. 22. c. 2. nec procedit in emente partem fundi pro indiviso, quia is etiam alteram partem, emere cogitur, interim venditori adjudicatam in judicio communi dividendo l. Julianus 13. §. idem Celsus 17. de ac. empt. plures fallentiæ videri possunt apud Ang. in §. fin. J. de donat. ibiq; Plato.

Quo modo contrahatur. XVI. Emptio non solum pure, sed etiam in diem & sub conditione contrahi potest §. 2. cum seq. J. de V. O. pure quando simpliciter sine adjectione qualitatis seu conditionis contrahitur, Schneid. §. 4. J. b. Soloq; consensu de pretio & merce perficitur §. 3. J. b. t. In diem, quando adjecto die, quo emptio perfici debet, contrahitur, Mynf. ad §. 4. n. 1. J. d. t. Conditionaliter quando conditio quæ expressè vel tacitè est adjecta, impleta fuerit, perficitur l. 7. l. 37. ff. de contrah. empt. Sic sub conditione venditæ censentur res, numero, pondere & mensura constantes, earum enim non habetur venditio perfecta, priusquam res appensæ, adnumeratæ, ad mensuræ fuerint l. 35. §. 5. ff. de contrah. empt. l. 1. pr. de peric. & comm. rei vendit. nisi res ejusmodi per averfionem seu universum sint emptæ, id est cum res, ut est, venditur ver Haupt oder im Pauschy tum enim perfectus est hic contractus, simul atq; de pretio convenerit d. l. 35. §. 5. in pr. vers. modo ea servantur quæ in cæteris. quia emptor nec deliberandi nec probandi tempus postulavit. Calv. Lexic.

XVII. Nec non conditionalis ea est venditio, si pretij definitio & determinatio in arbitrium alicujus tertij confertur §. 1. J. b. t. l. fin. C. eod. ut autem robur suum habeat talis emptio, necessario requiritur, ut ille  
tertius

tertius sit certus, specificè nominatus, certumq; pretium determinet, sicuti vendo tibi domum, equum &c. quanti Sempronius æstimabit, nam nisi in specie, quis esse debeat arbitrator, dicatur, non valet emptio *d. §. 1. J. d. t. junct. glos. in verb. nominatus & d. l. fin.* ratio hujus à D.D. hæc traditur *in l. si merces 25. pr. ff. locati.* quod aliàs semper de electione æstimatoris pugnaretur, sicque contractus redderetur elusorius: Quod si autem pretij declaratio fiat à peritis æstimatoribus, num & tum valet? dicendum quod sic, quoniam nulla differentia aut differentia ratio apparet inter hunc & illum casum quo pretium committitur certæ specificæq; nominatæ personæ vid. Bart. & Cast. *in l. si merces ff. locati Dec. conf. 646. Fachin. lib. 2. contr. cap. 1. in fin.*

XVIII. Diximus sup. th. 12. hunc contractum solo consensu perfici, ex quo non licet colligi, quasi scripturam penitus excludamus. Nam quod æque scripturâ interveniente quam sine illa contrahi queat, docet *princip. J. h. t. l. contractus 17. C. de fide instrum.* ibiq; *glos. Mozz. de divis. Empt. n. 1.* quomodo autem sine scripturâ contrahatur ex dictis abundè patet. Scripturâ autem tunc demum celebrari dicitur, si hoc expresse actum sit, ut in scripturam redigeretur *d. l. contractus C. de fid. instrum. Dec. in l. pactum quod bona fide n. 3. C. de pact. & conf. 340. Wes. in par. h. t. n. 9.* non tamen necessum est, in specie expresse caveri & dici non aliter valere emptionem debere, quam si scribatur *Oldendorp. clas. 4. act. 1. Lindem. exercit. justin. disp. 7. th. 3.* Scriptura enim non ex essentia contractus, sed ex accidenti intervenit, quod elici potest *ex tit. J. de obligat ex conf. l. 2. ff. h. t.* perfecta autem non censetur emptio venditio in scriptura, nisi omnes suas completiones *in d. l. contractus* descriptas acceperit *pr. J. h. t. Vasq. 1. contr. illust. 38. n. 23. Lindem. d. l. th. 4.*

XIX. Consensu hoc modo adhibito, necesse est contrahentes consentire in talem rem, quæ utiliter vendi queat, nam sine re nulla venditio *l. s. pr. ff. de contrah. empt.* Circa omnes autem res versatur venditio, sive corporales sive incorporales *l. cum manu 80. §. 1. ff. de contrah. empt. tt. ff. & C. de act. vel hered. vend. l. 2. C. de O. & A.* Sive in rerum natura sint, sive in ea fore sperentur, non enim attenditur à Jcto quod Comicus ait, ille quippe omninò spem precio emit. *l. 8. §. 1. ff. de contrah. empt.* illæ autem quæ nec sunt, nec veresimiliter sperantur in emptionem, nullatenus deduci possunt *l. 15. A. h. t. l. 69. ff. de V. O. §. 1. J. de inutilib. stipulat.*

*Res seu  
merx.*

stipulat. insuper arcentur eæ res, quæ non in commercio ut liber homo (exceptis casibus §. 4. *J. de jur. pers. l. 5. de stat. hom. l. f. C. de parent. qui lib. distrah.*) *l. 4. l. 6. l. 34. §. 2. l. 70. ff. de contrah. empt. res communes & publicæ l. 6. l. 22. l. 51. ff. d. t. arg. §. 1. & seqq. J. de R. D. Item res divini juris & universitatis l. 4. & d. l. 6. l. 22. l. 62. §. 1. l. 70. ff. d. t. arg. §. 7. & seqq. J. de R. D. Si tamèn hujusmodi res pro profanis vel privatis deceptus à venditore quis emerit, habet actionem ex empto ad interesse, adversus venditorem scientem §. ult. *J. h. l. 4. l. 62. §. 1. l. 70. h. t. Secus autem si sciens emit: damnum enim, quod quis sua culpa sentit, sibi & non aliis imputare debet C. damnum 86. de reg. jur. in 6. l. 203. ff. eod.**

XX. Item Res quædam, licet sint in commercio, tamen specialiter vendi prohibentur, ut arma hostibus imperij propter publicam utilitatem sub pæna capitis & confiscationis bonorum *l. 2. C. quæ res exper. non deb. Venena, nisi adjectione alterius materiæ fieri possunt salutaria l. 35. §. 2. ff. h. t. Wes. in par. h. t. n. 7.* item frumentum exercitui missum ab aliis emi nequit, nisi gravem incurrere velint pœnam *l. fin. C. quæ res vend. non poss. res litigiosæ l. 2. & ult. ff. l. fin. C. de litigios. quæ & aliæ alienari prohibentur, sive id fiat pacto, lege, statuto, consuetudine vel ultima voluntate arg. l. fin. C. de reb. alien. non alien. prohibentur etiam vendi res minorum, prodigorum & furiosorum, quæ sine necessitate & decreto judicis alienari nequeunt l. 3. C. de præd. & alijs reb. minor. l. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 2. C. de curat. furios. nec Emphiteuticæ irrequisito domino l. fin. C. de jur. Emphyl.*

XXI. Earum quoq; rerum, quarum nec dominium, nec usucapiendi conditio in emptorem transferri potest, inutilis venditio est, ut rerum emptio propriarum *l. 15. §. fin. l. 16. ff. de contrah. empt. l. 21. de usucap. quia quod ejus, amplius ejus fieri non potest §. 24. J. de act. §. 10. J. de legat l. 14. §. pen. ff. de except. rei judic. l. 159. de R. l. nisi cum possessio ejus rei aut jus aliquod, in ea quod venditori aut alteri competit, emitur l. 34. §. 4. ff. h. t. l. 28. de acquir. poss. aut sub conditione l. 61. h. t. vid. Wes. in par. n. 7. h. t. plura de hac materia, quæ res vendi non possunt, scire cupiens, inspiciat Hostiens. in summa ext. de furt. n. 2. & Bald. sub. Rubr. C. quæ res vend. non poss. Alienam autem rem rectè vendit venditor *l. 28. ff. h. t.* quia non præcisè obligatur dare, sive dominium rei venditæ transferre in emptorem, sed sufficit præstare ipsi licere habere *l. 25. §. 2. d. t. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. de act. empt. vel occasionem utucapiendi transla-**

translatam esse. *vid. infr. th. 37.* quo contentus debet esse emptor cui in casum evictæ rei per actionem ex empto satis est prospectum ac consultum *l. 1. pr. de rer. permut. d. l. 25. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 30. §. 1. de act. empt.*

XXII. Pertractatis duobus hujus contractus substantialibus, ad tertium nos convertimus, nimirum pretium, de quo in hoc contractu con-  
veniri opus est *l. 72. ff. h. t.* ex quo prono fluit alveo, quod emptio uno nummo fieri nequeat, si quidem nummus pretium non constituit per *l. 10. §. fin. ff. de acquir. posses. & l. 46. ff. locati* quale autem illud esse debeat Imp. in *§. 1. cum seq. J. h. t.* satis superq; ostendit, cum dicit debere esse certum *d. §. 1. l. 35. §. 1. ff. h. t.* Circa quod requisitum talis moveri potest quæstio: an valeat venditio, si fiat eo pretio, quod in arca habeo? quam affirmare non erubescimus, ratio est, quia nil refert per se pretium certum, an vero aliunde ejus certitudo haberi possit *l. 7. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 37. eod.* Non solum autem certum esse sufficit, verum ut & consistat in pecunia numerata necesse est, juxta veriore & receptam Proculi sententiam, quia emptio à permutatione est disjuncta *§. 2. J. h. t. l. 1. ff. eod.* potest tamen pro pecunia numerata alia res volenti & consentienti venditori dari *l. 9. C. de rescind. vendit. l. 2. §. 1. ff. de reb. vend. Mynf. in §. item 2. J. h. t. n. 7.* Insuper pretium ut verum sit requiritur non simulatum, si quidem simulata pro infectis habentur *l. 6. C. si cert. petatur & nuda sive imaginaria venditio nullius valoris l. 36. l. 55. ff. h. t. l. 8. C. eod. l. 54. ff. de O. & A.*

XXIII. Non raro à contrahentibus huic contractui pacta adjiciuntur, nam pacta conventa informant & reformant contractus quibus apponuntur actionesq; ex iis provenientes *l. 7. §. 5. & 6. ff. de pact. junct. r. t. C. de pact. inter empt. & vend.* illa autem imprimis & frequentissima sunt: *in diem addictio, Lex commissoria, & pactum retrovenditionis* de quibus singulis in subsequen. videre non inconsultum arbitramur.

XXIV. *In diem addictio*, est pactum, quo res venditur & addicitur hac lege, ut si quis intra certum diem majus pretium vel meliorem conditionem quavis ratione obtulerit, licitum sit venditori rem alij vendere vel adjicere *l. 1. l. 2. l. 8. l. 9. ff. de in diem addict. quotupl. ter autem fiat docet l. 2. pr. d. t.* nimirum vel purè vel sub conditione, quod exemplis declarare non ab re erit maxime enim illa rem declarant *l. 1. §. quod vulgo 25. ff. de vi & vi armal. l. 15 C. de transact. & quasi digito demonstrant act. tui subjiunt Bald. conf. 347. vol. 1.* purè itaq; hunc in modum: fundus iste centum esto tibi emptus, sed ut meliore intra Kalendas Januarias  
B  
conditione

Pretium.

Pacta hujus contractus frequentissima.

conditione allata ab emptione discedatur, quæ sub conditione resolvitur  
*l. 2. pr. h. t.* ita ut meliore conditione allatâ actus purus retro annulletur,  
& existens facit, ut perindè habeatur, ac si ab initio nil actum fuisset  
Bach. *in not. ad VVes. h. t. n. 3.* Sub conditione, fundus ille centum tibi  
emptus esto, nisi intra Kalendas Januarias meliorem conditionem quis  
attulerit: Qua deficiente emptio, quæ initio conditionalis fuit, & hacten-  
us suspensa, demùm perficitur, eadem verò existente, prior emptio re-  
vocatur *l. 2. pr. l. 4. §. 5. ff. de in diem. addict.*

XXV. Venditori concessum esse rem alii vendere, si quis intra cer-  
tum diem meliorem conditionem offerat, thesi præced: dictum quæ  
conditio æstimari potest ex loco, tempore, persona & quantitate, quod  
planum fit ex *l. 4. §. fin. & LL. seqq. d. t.* tali itaq; allatâ conditione, necesse  
habet venditor, ut priorem emptorem certiore faciat, num, quod  
alius adjicit, ipse quoq; adjicere & licitando vincere cupiat *l. 6. §. fin. l. 7.  
l. 8. ff. h. t.* Ubi enim additione sub conditione factâ revera melior con-  
ditio allata est, posterior priori præfertur secus si emptor subordinatus  
seu simulatus adhibeatur *l. 4. §. 5. l. 14. ff. h. t.*

XXVI. Alterum pactum quod huic contractui adjici solet est *Lex  
commissoria*, quâ inter emptorem & venditorem convenit, ut si ad cer-  
tum diem pretium non solvatur, res sit inempta *l. 2. l. 4. ff. de leg. commiss.*  
Legis nomen ei tribuitur, quia pacta sunt leges contractuum, seu dant  
legem contractibus *l. 1. §. 6 ff. depositi l. 23. de R. J. §. 5. J. de locat. cond.*  
Commissoria vocatur, quod lex arbitrio venditoris committat, utrum  
emptore pretium dicto die non solvente, venditionem ratam vel irri-  
tam habere velit *l. 4. §. 2. ad Leg. commiss.* alteram autem eligens viam, va-  
riare amplius minimè potest *d. l. 4. §. 2. in fin. l. 7. in fin. d. t. l. apud Aufidium  
20. ff. de Opt. legat.* Venditore verò legem commissoriam exercente, rem  
ut potè inemptam restituere cogitur emptor, qui quod pretij aut arrhæ  
nomine dedit, ob moram amittit *l. 25. in pr. ff. de heredit. petit.* fructus  
autem interea perceptos lucratur *l. 4. §. 1. ff. de Leg. commiss.* Wes. *in  
par. eod.*

XXVII. Pactum hoc legis Commissoriæ, quoniam nec emptorem  
damno afficit, neq; lucro venditorem, sed omnia in pristino statu man-  
ent, in contractu emptionis permiffum est jure *Myns. §. pen. n. 4. J. h. t.*  
minimè autem in omnibus casibus, quoniam prohibitum in pignoribus  
inter creditorem & debitorem, propter ejus asperitatem, ut dicit *l. fin.*

C. de

46  
*C. de pact. pign. e. g* si pactum est factum quod debito non soluto ad tempus præstitutum pignus sit creditoris pro debito, cum inhumaniter hoc gravaret debitorem, qui indigens pecuniâ, adjecisset etiam duriora, merito *in d. l. fin.* reprobatur. Sed si tale apponatur pactum quod dicto casu pignus sit sibi emptum justo pretio, vel tanto pretio, istud non est pactum *L. commissoriae*, sed cessat in eo omnis captio & dceptio *l. 16. §. fin. ff. de pign. & hypoth.* quantum autem sit justum pretium æstimari debet per judicem *l. fin. §. 6. in fin. C. de jur. dom. impet.* prædicta itaque prohibitio non est perpetua, sed multas preterea admittit limitationes; Fallit enim si ex intervallo, non in continenti sit appositum tale pactum, casus est *in l. cum dominam 13. C. de pign.* Fallit, si est appositum juramentum in tali contractu, *c. significante, de pign.* Fallit, si fuit inter principalem & fidejussorem, non inter creditorem & debitorem *l. ult. ff. de contrah. empt.*

XXVIII. Tertium est pactum retrovenditionis, quod inter cætera eminet, præciseq; servandum *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* Ampliss. Schnobel, *in colleg. pandect. disp. 11. th. 10.* eò autem agitur, ut oblato deinceps vel etiam intra præscriptum tempus pretio, res restituatur *d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* & ex utraq; parte illud ad heredes transit, licet in eo non facta sit mentio heredum *Gail. 2. obs. 2. n. 4. & 5. per text. in d. l. 2. ibi sive heredes. C. de pact. int. empt. & c.* Ubi, quòd de emptoris herede dictum, idem Glossa de venditoris herede concludit. Inspiciatur *Schneid. §. 6. n. 24. J. de act. & J. actionum 28. n. 17. & 18. eod.*

XXIX. An autem huic pacto de retrovendendo, sive juri redimendi venditori quæsito præscribi possit non ineptè hic quæritur? Covar. Wesenb. Bronch. & plures alii magni nominis viri affirmativam sòvent opinionem & contra *Gail. Berlich. Cujac & alii negativam.* Quid igitur statuendum in harum opinionum conflictu? Sane Delio natatore, hic opus esset, adeò intricata res est, involutaq; conjecturarum nebulis. Nos autem posteriorum virorum amplectimur sententiam, non exiguis sussultam rationibus, nam is, qui in mala fide est, nulla unquam tempore præscribere potest *c. ult. de præscript.* nec res meræ facultatis, præscriptione tolluntur *l. 2. ff. de via publ. Gail. 2. obs. 18. n. 4. in super ratio in l. 1. C. de pact. int. empt. & vend.* ubi dicitur, quod venditor fundum recipere possit, *quandocunq;* ipse vel heredes ejus pretium obtulerint præscriptionem excludit, confirmant & hanc sententiam *d. Gail. 2. obs. 2. n. 4. & lib. 2. obs. 18. Myns. cent. 1. obs. 16.* qui testatur sæpe ita fuisse judicatum in Camera Imperiali.

*Effe-  
ctus pri-  
mus.* XXX. Perfecta in hunc modum emptione, præcipue duplex exin-  
de oritur & resultat effectus, quem paulo fusius perspicere non abs re  
erit: primus est, quod periculum & commodum rei venditæ statim ad  
emptorem pertineat, licet ea res adhuc tradita non sit §. 3. *J. h. t.* 34. §. *pen.*  
*ff. de contrah. empt. l. 7. l. 8. l. 11. ff. de peric. & com. rei vend. l. 12. C. de act. empt.*  
rationem ejus investiganti, sequens dari potest; quod emptione perfecta  
res aut species apud venditorem esse incipiat, tanquam obligatum  
actione personali ad speciei traditionem, dominio jam juris intellectu  
in emptorem translato. Cum itaq; emptor in mora petendi sit, mora  
i. e. negligentia ipsi nocere debet *l. 173. §. 7. ff. de R. j. l. 155. ff. eod. l. 3. in*  
*fin. ff. de act. empt. ut & ratio habetur in §. 3. J. h. t. l. 10. ff. de R. j.*

XXXI. Quoniam autem omnis regula lubrica, ita & prædicta non  
semper firma, sed suas recipit limitationes: Non procedit enim si res  
duæ alternativè venditæ sint, si quidem in illis alterutra sufficit Everhard.  
*in Topic. legal. loc. 108. n. 18.* prioris interitus ad venditorem, posterioris ad  
emptorem spectat *l. 34. §. 6. ff. de contrah. empt.* Nec in venditione con-  
ditionali *l. 8. ff. de peric. & com. rei vend. l. pen. C. eod.* nam si venditio  
conditionem continet, vel qualis sit nondum apparet, ut in rebus quæ  
ponderando vel mensurando æstimantur, contingit, periculum rei ven-  
ditæ, ante conditionis existentiam, & degustationem, mensurationemve  
factam, ad emptorem non transit *l. 1. l. 4. l. 5. ff. de peric. & com. rei vend.*  
*l. quod sepe 35. §. 5. ff. de contrah. empt.* Nec in venditione generis, ut  
puta, si equus, domus, vel vestis vendatur, quippe cum genus perire ne-  
queat *l. 12. junct. l. 14. pr. & §. 1. ff. de peric. & com. rei vend. l. 30. §. 3. ff. ad*  
*L. Falcid. l. 11. C. si cert. pet.* Fallit insuper ante dicta regula, si res vendita  
publicata sit ob delictum venditoris, eo enim casu periculum est delin-  
quentis *l. 33. ff. locati.* Nec obtinet, quando venditor speciali pacto  
omne periculum in se suscepit, donec tradatur §. 3. *vers. sane enim J. h. t.*  
Schotan. *in exam. jurid. sub tit. de peric. & com. rei vend.*

XXXII. Ex natura hujus contractus venditor quidem, etsi non  
susceperit custodiam, tenetur emptori de custodia lata sc. & levi, non  
autem de levissimâ, nisi ut dictum pacto in se suscepit, juxta gloss. &  
DD. ad §. 3. *J. h. t.* Talem enim custodiam præstare tenetur, qualem  
bonus vir & paterfamilias adhibere solet *l. 35. §. 4. ff. de contrah. empt.*  
*l. 3. ff. de peric. & com. rei vend.* Et cum hic contractus utriusq; & contra-  
hentis gratia fiat, ideoq; in eo præstatur tantum dolus, & levis culpa  
*l. 5. §. 2. vers. sed ubi ff. commod.*

XXXIII, Con.

46  
XXXIII. Considerato effectu primo, ut & de altero, nimirum obli- Alter  
gatione, indeq; descendente personali actione, agamus, superest: Duplex effe-  
aurem ex hoc contractu provenit actio, quarum alia empti seu ex em- ctus.  
pto, alia venditi seu ex vendito, utraq; Civilis l. 33. pr. ff. de edilit. edict.  
bonæ fidei l. 11. §. 1. ff. de act. empt. § 28. J. de act. perpetua l. 3. C. de præf.  
30. vel 40. ann. tt. J. de perpet. & temp. act. transitoria in hæredes & di-  
recta: Quia contractus hinc inde æqualis est; quippe qui utriusq; gra-  
tiâ initur, an alterutrius melior sit conditio, Wel. in par. n. 1. de act. empt.  
Utilis tamen aliquando censetur ad distractionem emptionis & vendi-  
tionis l. n. §. 5. & 6. ff. de act. empt. Item ex emptione procuratoris do-  
minus utiliter agit l. 13. §. 25. ff. d. t. Quæ lex non obstat l. cum per. eos 7.  
C. si quis alter. vel sibi. Nam Imper: ibi de directa actione loquitur: Jctus  
de utili. Quod non raro fieri solet, testante Oldendorp. class. 4. act. 1.

XXXIV. Actio empti datur adversus venditorem ejusq; heredes  
ad rem h. e. mercem præstandam l. 13. C. de act. empt. quæ obligatio præ-  
standæ mercis tria continet, (1.) ut res emptori tradatur (2.) ut dominium  
transferatur & (3.) vacua rei possessio præstetur, quæ tres quæstiones  
cum sint diversæ, ut & dignæ excussione, non eas cum Wesenb. in par  
n. 12. de contrah. empt. cumulabimus & confundemus, sed disjunctim  
distincteq; de illis in subsequ. agemus.

XXXV. Prima autem, utrum venditor præcisè teneatur rem tra-  
dere, an verò præstando interesse liberetur? Satis ardua, quamvis vulgata  
& trita tam in foro quam scholis quæstio. Nos Bulgari sententiâ reje-  
cta, quam veteres Glossatores fere sequuti sunt omnes, asserimus, ven-  
ditori necessitatem rem tradendi incumbere, si modo ejus facultatem  
babeat arg. §. 2. J. de donat. §. 1. J. de empt. vend. l. 11. §. 2. l. 46. §. 2. ff. de  
act. empt. l. 78. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 6. C. de rescind. vendit. l. 31. ff. de  
reb. cred. l. 68. ff. de R. V. Ratio est, quia ex empto actio datur ad ipsam  
rem, & ipsa res est in obligatione, ita ut rectè in actionem deducatur,  
quod in obligationibus faciendi, aliter observatur, ut sc. tanto tempore  
elapso, quo factum præstari potuit, contracta morâ inducatur legalis  
novatio, ut jam non possit amplius agi ad factum, sed tantum ad inte-  
resse l. 13. §. 1. ff. de re judicat. Bach. in not. ad VVes. de act. empt. vend. in  
pr. assertio nostra tamen non semper procedit, sed suas habet exceptio-  
nes, si enim venditor non habeat facultatem tradendi l. 1. pr. ff. de act. empt.  
l. 4. C. eod. vel emptoris nil intersit rem tradi l. 10. C. d. t. vel merum fa-  
ctum subsit, quod tradi nequeat l. 12. ff. de act. empt. l. 72. l. 75. §. 5. ff. de

*Verb. obl. non tenetur venditor præcisè rem tradere. Inspiciantur not. D. Nahn ad Wesenb. de act. empt. n. 3.*

XXXVI. Altera quæstio, an venditor tradendo teneatur dominium transferre? inter interpretes juris satis agitur grandi conflictu, eam tamen affirmare regulariter animi non pendemus, siquidem ex natura hujus contractus ad id agitur, ut dominium transferatur *l. 80. §. fin. ff. de contrah. empt.* eaq; obligatio, quâ venditor adstringitur magis dandi est quam faciendi *l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* cum autem eadem hæc & de faciendo participet, dum præstare sufficit, habere licere *l. 30. §. 1. ff. de act. empt. l. 25. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 158. de v. s. Jac. in §. 28. n. 134. J. de act. dominium tum demum transfertur, si venditor dominus rei fuit d. l. 11. §. 2. ff. de act. empt. sin secus transfert tantum usucapiendi conditionem, interimq; de evictione obligatus est, Schneid. in §. actionum n. 19. J. de act.*

XXXVII. Jam tertia examinanda venit quæstio, an venditor vacuum possessionem rei venditæ emptori præstare debeat? quam multi Dd nixi arg. *l. 20. C. de pact. §. 40. J. de R. D.* negare non ambigunt. Nos tamen contrarium, venditoremq; non aliter suâ se liberare obligatione, quam si emptori vacuum possessionem, i. e. liberam & à nemine detentam tradiderit *l. 2. §. 1. ff. de act. empt. l. 3. pr. §. 1. & 2. l. 11. l. 13. ff. eod. l. 8. C. eod.* statuere non veremur. Eam etiam ob causam in instrumento emptionis solent regulariter hæc verba inferi: Tradidit & concessit emptori liberam, expeditam, non hypothecatam possessionem illius fundi & nunc talem & tradit & concedit. Schneid. *ad §. act. 28. n. 23. J. de act.*

De iis quæ veniunt in actionem empti. XXXVIII. Videamus jam, quæ sequi debeant rem venditam, quidq; quantumve in contractum hunc veniat, de quo D. D. communiter, quod actione Empti omne id quicquid rei venditæ cohæret tempore contractus peti possit, quod & firmiter *l. 73. l. 77. l. 69. ff. de contrah. empt. Wesenb. in par. n. 8. d. r.* unde patet, non solum hanc actionem competere ad rem venditam tradendam, sed etiam ad fructus rei venditæ pendentes *l. Julianus 13. §. 10. ff. de act. empt.* Ratio in promptu quia non censentur esse diversæ res, quousq; solo cohæret, sed pars fundi *l. fin. §. fructus 6. ff. que in fraud. cred. l. 44. ff. de R. V.* Ut autem emptor securus sit, tenetur illi venditor de evictione, quâ experitur adversus venditorem, si non fuit dominus rei venditæ, & res legitime evincatur, ut restituatur pretium cum omni damno *l. 6. l. 9. C. de Evict. l. 11. §. fin. ff. de act. empt.* Quod adeo

adeo verum, ut licet nihil de evictione inter contrahentes actum sit, ta-  
men venditor ex natura hujus contractus teneatur de evictione *d. l. 6. C.  
de evict.* Si autem lis propter rem venditam emptori moveatur, vendi-  
tori sive ejus heredi denunciare cogitur, ut veniat ad suscipiendam in se  
litem, atq; cum defendendum, hoc autem non faciens, resq; interim  
evincatur, sibi imputet, regressumq; nullum ad venditorem habet *l. 8. l.  
20. in fin. C. de evict. l. 1. C. de peric. & com. rei vend. l. 53. in fin. ff. de evict.*

XXXIX. Emptor autem cum effectu actione empti experturus, Requi-  
sitas habet, ut integrum pretium venditori prius persolvat, aut certe sita ut  
offerat, *l. 13. §. 8. ff. de act. empt.* sin secus repellitur exceptione pretij non actio  
soluti. Quod adeo verum est, ut si exigua pars defecerit, res vendita Empti  
loco pignoris a venditore, donec integre sibi de pretio satisfactum fue-  
rit, retineri possit, ut eleganter Bart. & Paul. de Castr. in *d. l. Julianus 13.* citer  
*§. 8. ff. de act. empt.* tradiderunt. Imò rei traditæ dominium ante pretij inten-  
solutionem ita in emptorem transfertur ut venditor nunquam non illud detur.  
vindicare possit, nisi habuerit fidem de pretio *§. 41. J. de R. D. l. 19. ff. de  
contrah. empt.*

XL. Actio ex empto quomodo competat emptori contra vendi-  
torem, tradidimus, contra jam quomodo actio ex vendito detur ipsi  
venditori contra emptorem tradendum. Datur autem actio venditi  
ipsi venditori ejusq; heredibus, cum omnes actiones ex contractibus  
bonæ fidei descendentes, regulariter transeant ad heredes activè & pas-  
sivè *l. 7. §. 1. ff. de pos. l. 152. §. ult. ff. de R. J. l. ult. §. 1. ff. de fidejuss. tut. §. 1.  
J. de perp. & temp. act.* etiam si heredum non sit facta mentio Schneid. *ad  
§. 28. J. de act.* adversus emptorem ejusq; heredes universales *l. 2. C. de  
pact. l. 3. C. de reb. alien. non alien. non singulares l. ult. §. fin. ff. de contrah.  
empt. l. fin. C. de hered. act.* ad consequenda ea, quæ ipsi ad emptore  
præstari oportet *l. 13. §. 19. & seqq. ff. de act. empt.* In hoc judicium autem  
in primis venit pretium, cujus dominium præcisè tenetur transferre  
emptor, dominumq; facere accipientem *l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* Ratio,  
quia emptor, quoad pretium est debitor generis, indeq; dominum num-  
morum tenetur facere venditorem Bach. in not. ad *VVes. n. 7. de act.  
empt.*

XLI. Hucusq; quomodo Emptio contrahatur, nimirum mutuo  
consensu dictum ac demonstratum. Cum autem nihil tam natu-  
rale, quam eo genere quidq; dissolvi, quo colligatum est *l. 35. ff. de R. J.*  
eam

dissol-  
vendi  
modi.

eam, contrario dissensu & voluntate, re adhuc integrâ destrahi ac dissolvi  
facis clarum ex §. 4. *J. quib. med. toll. oblig. l. 6. in fin. ff. de contrab. empt.*  
aut certè omnibus quæ facta sunt retroactis seu restitutoris *l. ab emptione*  
*58. ff. de pact.*

XLII. Ab emptione bonâ fide factâ non licere recedere regulariter  
alterâ parte invitâ probat *l. 3. C. de rescind. vend. l. 12. C. de act. empt.* Si  
venditor ultra dimidium justî pretij læsus fuerit, quod fit, si non accepit  
dimidium ejus quod dedit, v. g. si fundus 240. æstimatus 40. aureis sit  
venditus, rescinditur contractus remedio *l. 2. C. de rescind. vend.* propter  
minimam autem læsionem, ob summam commerciorum utilitatem,  
contractus revocari non debet, ut videre in *l. 54. ff. de contrab. empt.* ex  
quibus apparet, verum esse quod dicitur in *l. 16. §. pen. ff. de minorib. l. 22.*  
*§. 3. ff. locat.* contrahentibus se invicem circumvenire licere, quod tamen  
dextrè accipiendum.

XLIII. Extendimus *d. l. 2. C. de rescind. vend.* æque ad emptorem,  
quam venditorem, quod tamen à Cujacio & aliis variè infringitur; Nos  
autem, cum nullam sat probabilem rationem vidimus, quæ dissuadere  
potuerit, arbitramur, quod æque *d. l.* locum habeat in emptore ultra di-  
midiam justî pretij læso, quam venditore, quod & testatur Pinell. in *com-*  
*ment. d. l. 2.* tum quod eadem in emptore, quæ in venditore est ratio, E.  
idem jus *l. fin. C. de ind. vid. toll.* & ut utrisq; licitum se circumvenire in  
pretio ( ut paulo ante dictum ) itaq; utrisq; enormiter læsis succurrere  
humanum, Sichard. *ad d. l. 2. n. 4. Fach. lib. 2. contro. C. 16. Mynf. cent.*  
*4. obs. 73.*

XLIV. Contractum emptionis venditionis *d. l. 2.* remedio rescin-  
di posse, statuimus, quoniam autem notum, quod nemo sine actione ex-  
periri possit *arg. l. 6. §. 12. ff. de negot. gest.* *Glos. ibid. in verb. non habuerit*  
*arg. l. 9. §. 2. ff. de administ. & peric. tut.* investigandum, quænam actio  
rescissuro huncce contractum, cum tres pro reparanda læsione dentur,  
comperat, Dd. minimè in hoc conveniunt, sed valde variant. Nos com-  
muni opinioni subscribimus, dicentes, actionem ex contractu compe-  
tere vid. Ampliss. *Hahn in not. ad Vves. de rescind. vend. n. 6.*

XLV. Tandem ad ultimum hujus contractus dissolvendi nodum,  
nimirum retractum conventionalem; quo emptio & interdum rescin-  
ditur *Wes. in par. de rescind. vend. n. 6.* qui moribus invaluit, proq; ratio-  
nabili & favorabili autem jam habetur *arg. l. cum pater 77. §. libertis 27. ff.*  
*de leg.*

de leg. 2. l. 114. §. 11. ff. de legat. 1. l. si in emptionem 35. ff. de minor. quamvis constitutio Friderici de jure *περιμύσεως* (ex qua modus hęc dissol- vendi sive hoc jus promanat) legibus aliis solemniter promulgatis non, fuerit accensita, tamen cum ea immemorialis temporis observantia, imo & plerarumq; provinciarum statutis probata fuerit, legis vigorem & efficaciam merito sibi vindicat, quod notat Rauchbar. p. 1. quest. 43. n. 27. lugubre enim & deplorandum foret, videre paternas & avitas do- mos, antiquaque majorum prædia in externas manus transire ac deve- nire l. 22. §. ergo C. de administ. tut. l. 38. ibi larib. sepulchrisq; & c. ff. de R. V. l. 35. ibi quod majorum ejus fuisset ff. de minorib. 25. ann. qua de re hanc consuetudinem valere, & utroq; jure comprobata esse, nemo nisi ju- ris ignorans, in controversiam trahet, de jure civili res clara, ut & de di- vino quod cuiq; videre licet ex Levit. 15. Ruth. c. 4. Hierm. 32. 3. Reg. C. 21. jung. conf. 42. vol. 4. Jcti celeberr. Ernesti Cothman.


XLVI. Retractus autem seu *περιμύσεως* Germanis, *der Vorkauff/ die Ablösung/ die Maherkauffs Berechtigtheit* est duplex *legitimus*, qui vel ex lege communi vel ex moribus, quorum hic gentilitius appellatur, & *conventionalis*. Gentilitius est facultas redimendi rem immobilem vendi- tam æquali pretio, ratione proximitatis, intra certum tempus Syntagm. Tholof. l. 26. c. 4. Conventionalis qui ex partium conventionione & qui- dem ex pacto de retrovendendo est (de quo & actum *th. 29.*) eo inter venditorem & emptorem convenit, ut vel intra certum tempus, vel si- ne temporis definitione quodocunq; venditor possit rem venditam oblato pretio retrahere. Vigel. de retract. conv. q. 2.

XLVII. Res vendita ut jure proximitatis vel agnationis legitime re- vocari queat, forma retractus seu requisita, quæ habet, & quibus seu certis limitibus circumseribitur, observanda, sin secus eosq; egrediatur vel transliat, vitiosus & irritus evadit C. cum dilecta in fin. de rescript. C. prudentiam de off. jud. deleg. Gail lib. 2. obs. 19. n. 15. Requiritur autem (1.) ut retractus fiat intra legitimum tempus, h. e. intra annum, qui re- trahere valentibus ex jure Canonico, Feudali, hacq; constitutione conce- ditur C. constitutus de integ. restit. C. 1. §. Titius 2. f. 26. Gail. 2. obs. 19. n. 11. qui idita observatum in Camera imperiali testatur. Myns. 3. obs. 57. Fachin. 7. contrav. 9. prædictum autem tempus in retractu proximita- tis seu gentilitio obtinet, in conventionali autem aliter observatur, vid. thes. 29. (2.) requisitum est justij pretij, legitima, realis, plenaria cum omni

omni causa oblatio. realis dicitur, quæ fit numeratione pecuniæ *arg. l. servus si heredi 34. in fin. ff. de statulib. l. 72. ff. de solut. plenaria* quæ fit cum fructibus & impensis tempore contractus factis, impensarum enim, necessario vel utiliter factarum restitutio retrahenti incumbit *arg. l. 16. ff. de in diem addict. l. Colonus 61. ff. locati* ad sumptuarias vero non tenetur, si autem commodè separari queant, emptoricas tollere non prohibetur *l. 31. §. 4. & 5. ff. de administ. & peric. tut. l. 9. ff. de imp. in res dol. fact. (3.)* requiritur ut sibi retrahat & in usum suum, non in utilitate alterius, & in fraudem emptoris *l. fin. C. de jur. Emphyt. C. posuit locati Gail. 2. obs. 19. n. 10.* ubi & dicit, si de fraude subsit præsumptio, quod juramentum retrahenti deferri possit.


XLVIII. Enodarà hujus juris divisione & formâ Coronidis loco brevitati studentes, ejus subjecimus effectum in actionibus ex diversitate retractus fluentibus potissimum consistentem; duplicem autem, constituimus retractum, *gentilitium* nimirum sive consanguinitatis, & *Conventionalem*. Ex illo quæ provenit actio, condictio ex moribus vel lege commodè dici potest *l. 1. cum ibi notat. de cond. ex leg. jam autem,* notum, quod omnis condictio personalis sit, cum verò hæc ex moribus, vel constitutionibus certis ratione rei singulari qualitate redhibitoria, effectæ detur, non simpliciter & merè personalis est, sed in rem scripta, ideoq; possessorem, quocumq; res vadit, sequitur *arg. §. 2. ibi Dd. J. de act. arg. l. un. §. res que C. de imponend. lucrat. descript. l. 10.* nam actio personalis in rem scripta perinde rem afficit & possessorem sequitur, ut actio verè realis *arg. l. 3. §. 3. ff. ad exhibend. l. 9. §. fin. ff. quod. met. caus. Jaf. ad Rub. ff. sic cert. pet. n. 6. cum seqq.* Hic parit actionem personalem ex vendito, propter pactum retrovenditionis emptioni adjectum *arg. l. 2. C. de pact. int. empt. l. rebus 6. C. de rev. permut. l. 21. §. 4. ff. de act. empt. l. pen. C. de adilit. Edict. celeberr. JC. Ernest. Cothman Respons. 44. n. 7.* Hancque sententiam in supremo tribunali receptam, testatur Gail. 2. obs. 16. Et tantum de hoc contractu, quo inter omnes, qui versantur in commutatione rerum officiorumque, quibus hæc vita carere nequit nullus reperitur usitator attestante Cont. lib. 1. disp. cap. 16. Cum plura addere numerus pagellarum à statuto Academico expressus omnino prohibeat.

SOLI DEO GLORIA.





the scale towards document



quando quis obscuro loco natus, fraudu-  
 tatione, nobili alicui familiæ se infere-  
 sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-  
 familiæ, nobilibus pecuniam, vel aliud  
 dicet, vel alio modo eosdem fallat.  
 1615. vagabundus quidam homo cõ-  
 uelem Phocam, Palatinum Constanti-  
 cupans, & ex familia illustri Græcorum  
 jactans, adjumeto intercessionũ, quas  
 tẽ impetraverat, in plurimorum prin-  
 s, & civitatibus ingentem pecuniæ  
 & emendicavit; cui postea, ob delicti  
 pœnam dictaverunt Scabini Lipsien-  
 no 1629. Mens. Martio fœminæ cui-  
 , ex nobili familia se natam & bonis  
 mutato nomine à Nobilibus pecuni-  
 , pœnam temporalis relegationis in-  
 runt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*  
 am sequenti *num. 41.* adducit exem-  
 assumpto nomine Advocati cujus-  
 ejus publicè jactaverat, quem postea  
 iudicæ Senatus virgis coedi, & exilio  
 tinent & huc exempla relata à *Valers*

XVI.

us est, quando quis, personã sua pla-  
 en suum mutat, & se pro alio suppo-  
 ma apud Historicos aliosq; scripto-  
 inter quæ notissimum est illud Plau-  
 ptã forma Amphitruonis, adversus  
 nocte quadam, velut è bello rever-  
 ncubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4